

Heinrich Rahn

Henricus Rahne I. U. D. atq[ue] Prof. h. t. Rector Academiae Rostoch. & Ibidem Collegii Iuridici Vice-Decanus, Suo & Dominorum Collegarum nomine; Ad Disputationem Inauguralem, Quam Dn. Joachimus Friedricus Carstens, Lubecensis, die XIV. huius Mensis Maii ... officiose invitat

Rostochii: Kilius, 1657

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn747340668>

Druck Freier  Zugang





N. K. — 2 (91.)

1. Schütz de possessione.
2. Schütz de usu fructu.
3. Schütz de obligationibus.
4. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
5. Pahn de praesagio rerum publicarum.
6. Pahn an licet Christiano ethnico jure uti.
7. Pahn de deorsu in contractibus minorum.
8. Pahn de concursu actionum.
9. Stypmann de concursu actionum ejusque effectu.
10. Pahn de concursu et prioritare creditorum.
11. Stephani de concursu creditorum eorumque privilegiis.
12. Pahn de processu judiciario.
13. Pahn de austraegis.
14. Pahn de nobilitate.
15. Pahn positiones ex jure civili et canonico.
16. Pahn de jure emphyteutico.
17. Pahn de injuriis et famosis libellis.
18. Embere de beneficio competentiae.
19. Embere de necessaria defensione.
20. Redeker de gratia.
21. Redeker de homagio.
22. Redeker de criminibus publicis.
23. Redeker de morte.
24. Redeker de neutralitate.
25. Redeker de liquidatione.
26. Redeker de errore calculi.
27. Redeker an suspectus de tali crimine ex quo poena infamiae aut alia corporis afflictiva irrogari possit, ad juramentum praestandum sit compellendus.
28. Redeker de confessionibus.
29. Laurenberg de liberarum civitatum v. R. I. eminentia, jure et privilegiis.
30. Laurenberg de interdicto Salviano.
31. Woldenberg de vestigalibus publicis et amissionis.
32. Woldenberg de aetate canonica et qualitate et ordine praeficiendorum.
33. Woldenberg an consensus parentum in nuptias liberorum de jure divino, naturali, gentium civili et canonico de necessitate an honestate requirendus.
34. Woldenberg de majuma.
35. Woldenberg de novo anno seu oblatione votorum.

36. Woldenberg idea seu delineatio juris publici in imperio Rom. Germ.
 37. Woldenberg de favore episcopi quod publice interest.
 38. Rahne de successione conjugum.
 39. Radov. an factum senis procuratoris et coloni aliorumve alterius nomine possidentium atque possessionem negligentius vel dolose prodebatum domino verove possessori nocent?
 40. Volochow de quaestione in tortura reorum.
 41. Hegenwaldt de tributis extraordinariis.
 42. Schütz de investitura.
 43. Strögh de jure testandi inter liberos.
 44. Strögh de pactis successoriae, eorumque iustitia.
 45. Plinius de jure necessariae defensionis. Völsper.
 46. Ziegler de eo quod iustum est circa mortuos.
 47. Sibrand de valore juramenti actui adpositi.
 48. Sibrand de intercessione mulieris pro marito.
 49. Redeker de tortura prohibenda.
 50. Redeker de quaestionibus seu tortura reorum.
 51. Leifer de aquae pluviae arcendae actione.
 52. Leifer de responsis prudentium.
 53. Novius de fictione.
 54. Radov. de archivis.
 55. Pomerech de auctoritate juris.
 56. Beckmann de obligationum confusione et resuscitatione.
 57. Beckmann juris de non appellando et differentia juris de non evocando.
 58. Schleenstein de affinitate.
 59. Reichel de beneficio probandi secundae instantiae.
 60. Rümelin de donatione remuneratoria et obligatione antidotali.
 61. Gabe de iuribus et privilegiis miserabilium personarum.
 62. Romaner de corpore delicti in criminibus facti permanentis potioribus, ad effectum condemnationis considerato.
 63. Chuno ad L. S. C. ad L. Jul. majest.
 64. Mylour de morgengaba Zittaviensi.
 65. Heier de primo cautionis gradu.
 66. Rahne de incorporatione.
 67. Redeker de actu judiciali extremo seu executione.
 68. Redeker de quaestoribus.
 69. Woldenberg de abactu sive abigatu.
 70. Lambert de misfollareis juris controversiis et appellationibus.
 71. Wedderkopff de irrohulatione actorum.
 72. Aichel Thüser juris controversi.

23.
9
HENRICUS RAHNE

J. U. D. atq; Prof.

h. t.

Rector Academiae Rostoch. & Ibidem
Collegii Juridici Vice-Decanus,

Suo & Dominorum Collegarum
nomine;

Ad

Disputationem Inauguralem,

Quam

Dn. JOACHIMUS FRIED-
RICUS CARSTENS,

Lubecensis,

die XIV. hujus Mensis Maji,

DEO volente,

habebit,

Omnes omnium Ordinum Cives Aca-
demicos, Literatos & Literarum amantes
officiosè invitat.

•§:(O):§•

ROSTOCHII, Typis Hæredum NICOLAI KILII,
Anno M. DC. LVII.



L. B. S.



nte annos septem & vigin-
ti in hac nostra Academia
sumos in utroq; Jure tam
Civili quàm Canonico ho-
nores adeptus est Vir No-
bilissimus & Consultissi-
mus JOACHIMUS Gar-
stens / Illustrissimo & Cel-
sissimo Principi ac Dno, Dno, AUGUSTO, Du-
ci Saxoniae, Angriae & Westphaliae, Pientissimae
memoriae, per septendecim annos à Consiliis in-
timis, & per quatuordecim annos tam Ecclesia-
stici, quam Politici Judicii Director, nunc Civi-
tatis Imperialis, Lubecae Syndicus gravissimus,
cui vitam & felicitatem longavam ex animo pre-
camur. Jam illius filius JOACHIMUS FRIDE-
RICUS Garstens / Lubecae natus ad eundem di-
gnitatis gradum adspirat, imò pleno cursu cõten-
dit. Haectenus aliquot annos in studio Juris tran-
segit. Virtutem sedulo coluit. Helmstadi ac Ar-
gentorati primum bonis literis & arti juris ac æ-
qui operam navavit: & viros ibi profitentes au-
divit: dein per Augustam Rauracorum

Qvæ

*Quæ caput Helveticas inter tantum exerit urbes,
Quantum inter cunctas olim extulit aurea Roma,*

in Galliam abiit. Substitit verò paulisper Genevæ, & cum celeberrimo Jcto Jacobo Gothofredo, magni illius Dionysii filio, quantum ægritudo viri, quæ paulò post ipsum interemit, conversatus est. Hinc Aureliam concessit & usus ibi est Dn. D. Aurii, Antecessoris clarissimi, informatione. Inde petiit Lutetiam, Civitatem Francigenæ gentis principem,

--- --- --- Cui dedit olim

Tros puer à patrui nomine honore Parin.

Visit & alias Galliæ urbes & loca celebriora. Ex Academia Montepessulano, ubi aliquantum cōmoratus est, per tractum Narbonensem in Italiã se recepit, & perlustratis Româ, Genuâ, ac aliis locis præclarioribus, accessit

Ad bene fundatam Trojanam Athenoris urbem

Pataviam, & non tantum Italorum doctrinam ibi avidissimè combibit, sed ex illorū etiam monumentis, tanquam ex opimis & pingvibus piscuis collegit, quæ ad saturadum humanitate atq; scientiæ animum pertinerent. Hispaniæ quoq; oram Galliæ vicinam peragravit. Tandem per Germaniam superiorem & per Belgium, ubi Mestertium & Finnum, par illud Jctorum Hollandicorum inclitum, sæpius & vidit & docentes audivit, domum reversus est. Paucas ante septimanas venit ad nos, ut, quod supra diximus, à nostro Collegio Doctoris titulum & nomen accipiat

piat. Et rectè quidem. Honor enim est præmium
virtutis, & merces laboris. Neq; natura quic-
quam præstantius habet, aut quod magis experat,
quàm honestatem quàm laudem, quàm gloriam,
quàm decus: quibus detractis, quid quæso est,
quod in hoc tam exiguo vitæ curriculo, tantis nos
laboribus exerceamur, totq; curis & vigilansan-
gamur? Quod si autem angustus est animus atq; de-
missus, honores atq; dignitates contemnere: & si
contrà optimo cuiq; & excellenti ingenio prædi-
to insidet quædam virtus, quæ noctes atq; dies a-
nimum gloriæ stimulis concitat; quanto magis
ad adipiscendam solidam laudem excitabuntur,
quorum Parentes in laude & honore vivunt, &
quotidie filiis suis veram ad virtutem viam & vo-
ce monstrant, & quid observandum, quid vè vi-
tandum putent, vitæ præeunt. Felix herclè pa-
ter est, si ipse bonus & clarus, qui filium habet ob-
sequentem, probum, & clarescere satagentem;
Filius sapiens, inquit sapientissimus mortalium,
exhilarat patrem, & pater iusti exultat gaudio.
Hinc meritò laudatur Epaminondas, Dux ille
fortissimus, cuius morte Thebanorum vires adeò
hebetatæ sunt, ut non tam illum amisisse, quàm
cum illo interiisse omnes viderentur. Hic n. inter
ea, quæ præclare gesserat, illud sibi in primis du-
xit esse jucundum, quod utroq; parente vivò Leu-
ctricâ pugnam vicisset Lacedæmonios; neq; aliam
sibi laudem & gratiam rerum gestarum opravit,
quàm


quàm quod parentes haberet suæ virtutis & gloria inspectores. Fortunatum etiam censemus Filium, qui non saltim splendida natus est familia: sed cui pater quoque est integritatis, & justitiæ exemplum. Qui domi habet, quod imitetur publicè: qui parentem in laude & dignitate constitutum sequitur, & ipse gloriam ac laudem sibi acquirere nititur. Filius namque frugi origine generosus, cum singulari quasi dono invitatur ad gratitudinem erga Deum, quod ab ipso præ aliis, qui humili stirpe orti sunt, sit generis splendore ornatus, cum allicitur, ut laudatissimi parentis vestigiis insistat, & honestatis, virtutum ac præclare ab ipso gestarum rerum æmulus sit; nec quicquam committat, quod natalibus suis indignum videri queat. Quia necessitate quâdam se constrictum existimat, ne à paternâ probitate gravitateque degeneret, cum ducem habeat domesticum, cujus pudet deserere vestigia. At quid prodest generatio clara, si sis perverso ingenio, & moribus parùm modestis? Genus qui jactat suum, aliena laudat. Veram laudem nisi de proprio sumseris, ab alio non expectes. Ineptum ergo & virtute vacuum se ostendit, qui tantum de majoribus gloriatur. Intellexit hoc Alphonsus Rex Arragoniæ, cognomento sapiens dictus. Etenim cum aliquando à nobilitate generis commendaretur, quod Rex esset, regis filius, regis nepos, regis frater, interrupit sermonem & dixit:
Nihil


Nihil esse quod in vitâ minoris ipse duceret, quâ
quod tantoperè prædicaretur. Laudem enim
non suam, sed majorum suorum esse; quippe qui
justitiâ, moderatione atq; excellentiâ suâ sibi re-
gnum comparassent. Successoribus quidem o-
neri regna cedere; & ita demum Honori, si vir-
tute potius, quàm testamento illa consequen-
tur. A se itaq; si quæ extarent, elicienda esse or-
namenta, & desumendas commendationes non
â patribus vel avis. Certè Scipionis Africani filius
non tam obscurus mansisset, si per manus claritas
tradi potuisset; sed amare illum potuit pater, non
illustrare, magnâ suæ lucis eclipsem passus in filio.
Quod & multis aliis cõtigit. Rarò n. excellentis
viri filius excellit. Quia claritas non nascendo quæ-
ritur, sed vivendo. Satius ergo est, cum Cicer: suis
gestis florere, quam majorum opinione uti. Hæc
& ejusmodi alia nostrum **CARSTENIUM** in-
flamarunt, ut in abeunte statim ætate metitus
omnia sit honestate & dignitate. Jamq; Patrem
imitaturus concupiscit Doctoris Titulum atq;
honorem. Prius a, quàm illis mactetur, pugnet,
necesse est. Certantibus n. dantur coronæ. Pri-
mam aciem privatim sustinuit. Nûc alteram, quæ
publica est, pro more subibit. Cujus rei gratiâ
conscripsit Disputationem, quam vocant Inau-
guralem, de **DECRETIS IN CONTRACTI-**
BUS MINORUM necessariis. Eamq; ad
diem 14. hujus Mensis Maij eruditorum exami-
ni


ni & colloquio exponet. Materia satis est ar-
dua, satis ampla, atq; in Repub. utilis. Nam cum
inter omnes constet, fragile & infirmum esse pu-
pillorum, minorumq; consilium, & multis ca-
ptionibus suppositum, multorumq; infidiis ob-
noxium, auxilium eis hoc decreto Constantinus
Imp. affert, & adversus fraudes opitulatur. Qvan-
do vult, ne Tutores vel curatores minorum, cum
imobilia, tum mobilia alienent, sine inquisitio-
ne, & probatione causæ, ac interpositione decre-
ti judicialis; exceptis illis, quæ servando servari
nequeunt, & animalibus supervacuis: exceptis
quoq; ijs, quæ sive patris vel testatoris voluntas,
ex cujus bonis ad minorem aut pupillum illa per-
venerunt, alienare mandavit: sive quorum prin-
cipale rescriptum alienationem concessit. Quæ
& plura alia prolixius declarat Dnus, Candida-
tus in sua Disputatione, atq; in verborum con-
flictu explicabit luculentius: quem instituet, ut
adipiscatur cōsentientem bonorum laudem, in-
corruptamq; vocem benè de virtute judicanti-
um, frequentem rectè factorum comitem. Verus
siquidem honor est probitatis atq; scientiæ præ-
mium iudicio studioq; civium ad aliquem de-
latum. Hoc qui sententiis, qui suffragiis est po-
tius, is demum cuius bono & honestus & hono-
ratus videtur. Agite igitur, Cives Academici, sū-
mi, medioximi, infimi, ad statum diem conve-
nite, conferte cum Dno. Candidato sermones,
eumq;


eumq; pugnanti verbis vestra attentione & benevolentia animate, & labantem erigite. Ista ille officia nullam temporis vetustatem, non casum ullum, neq; fortunam ex animo suo delere patietur. Nos quoq; eorum recordabimur, & compensare studebimus, quam diu nobis vivere contigerit. V. P.P. Rostochii sub Collegij nostri Sigillo, III. Maji. Anno reparatae salutis clo 1o cLVII.











burgensi Land-Recht lib. 2. art. 60. Jur. Lub. l. 2. traditur, si commodatarius rem sibi traditam alienet, Dominum Commodantem nullam actionem, cui alienatio facta est sed oportere eum commodatarium, da jemand seinen Glauben gelassen suchen / & ut in Jure Lubecensi dicitur Hand in Lib. 3. art. 2. 1. 2. ibique Mey. ubi ratio statuitur.


III. Jure Civili cuius majoranni sanæ mentis rerum administratio & alienatio permittitur l. 1. sicut C. de Obl. & Act. l. in re mandata C. man. sua non abutatur s. sed & major Inst. de his qui tem Saxonico illa potestas est restricta, quia bonorum quæ sita Stammgüter dicta, nemo sine coheredum alienare potest Land-Recht lib. 1. art. 10.

IV. Jure Civili maritus à cura uxoris sua dare tut. & s. pen. Inst. de excus. tut. Ratio ab ipso gestum, propter affectionem remittat, & talibus periclitetur uxor l. maritus. C. qui da Saxon. Land-Recht lib. 1. art. 31. & lib. 3. art. 10. maritus sit legitimus uxoris suæ tutor Ehevogt lebratis nuptiis uxor in potestatem & tutelam mariti.

V. Majorennis quis de Jure Civili fit, & ætatis compleverit t. i. ff. de minor. vel veniam l. 2. C. de his qui ven. et. Jure autem Saxonico tur Anno æt. 21. Land-Recht lib. 1. art. 42. & hinc eodem jure terminus restitutionis brevior Civili.

VI. Jure Civili licet Debitor ob æris modo non sit, tamen ideo à Creditoribus suis in detineri, & ad operas jure servitutis præstandas. as. juncta Auth. seq. C. de Oblig. & Act. & ibi de Jure Saxon. veteri Land-Recht lib. 3. art. 3. Lubec. Lib. 1. r. 3. art. 1. ibique Mey. n. 14. à j. vitia debitor adjudicandus est, quæ etiam adj. tantum locum habet, non autem in dignitate co. Exec. p. 1, 6, 6. n. 129.

the scale towards document



1. &
t aut
con
Com
r ihu
ren/
rum
pari
uis re
e au
ma
orum
qui
male
s do
utem
quod
m ce
num
verit
icun
c. 26.
Jure
lven
ivatis
l. ob
otest
Jure
fer
bejis
proc.
VII.